Quaestio medica Cardinalitiis Disputationib. discutienda in Sch. Medicorum die Jovis 16 april.

M. Nicolao Marchant ~~Doct.~~ Medico prudentiss. modet.

An Morbi Capitis quam Thoracis periculosiores?

Actionum hominis animalium omnium temperatissimi et sanissimi [illegible] similarium partium aequalitate, instrumentalium structura et utrarumque compage constituta est, sic earundem intemperies, ametria et continui solutione contrariis attexitur. Sive multiplex et varias species ex partium quibus insidet differentiis distinctas morbus actionum corruptela (et sanitatis earundem integritas) innumerasque, natas tyrannus nascitur, qui magna dolorum et symptomatum stipatus caterva ~~[illegible]~~ per causas aut in nobis sitas, aut aliunde introductas, facile cuiuslibet trium facultatum principum (vel tamen quandoque illas) actiones labefactat neque solum quarumvis functionum noxas, sed et summas clades adeoque totius viventis exitium infestissima molitur machinamenta.

Inter exitiosos corporis affectus numeratur Pleuritis quae non sine magno vitae discrimine partes thoracis cum febre acuta, tussi, spirandi difficultate, et dolore lateris punctorio infestat. quaeque nisi intra dies 14 suppuratione repurgetur in ἐμπύημα fit mali translatio, et interdum in περιπνευμονίαν quae tamen magna ex parte a pituitosa distillatione ortum habet. His deterior pulmonis exulceratio, phthisis per destructionem, atrophiam, cachexiam, pulmoniam cum lenta febre maciem indelebilem, et certissimam aegrotis mortem adferens: cui nec remedia facile applicari possunt, nec apposita multum proficiunt. ad haec cordi, nec hepati nec cerebro posteriori non levem negotium facessit λειποθυμία quae crudorum humorum multitudine crassitieque vitales vires [illegible] nunc exiguos motus obscurus exitialem affectum animi deliquium inducit, cui reluctantibus cordis et vitalis viribus succedit παλμός periculosum pulsatiui motus symptoma quo paucissimi liberantur, et qui superstitem [illegible] per syncopen (quae tamen ubi causa validissima vitales vires debilior existit plerumque primaria est) praecipitem virium possunt expectare prolapsum.

Haec quidem gravia, sed quanto caput ceteris antecellit, tanto eius pathemata sunt graviora: ac imprimis quae animales [illegible] modum exercitam et depravatam functiones. μελαγχολία desipientia sine febre tum simplex Melancholicos, tum lycanthropicos, nec non etiam eroticos a consilio et ratione absurdissima cogitare, proferre, gerere et in modum adducere cogit. μανία mentis alienationem vehementemque, delirium citra febrem inducens cum clamoribus, magno corporis impetu, maxime cum perturbatione petulantes in praesentissima sese protrudit capitis discrimina: at utraque peior φρενῖτις cum febre acuta perpetuo mentis delirio modum inter exquisito decumbentem, et vigilantem aegrum constituit: quem insomniis et falsis imaginationibus perturbatum ad mortem, quam paucissimi effugiunt, intra diem quartum aut septimum vi sua perducit.

His affectibus oppositi qui animales actiones sopiunt, et cum vita ipsa plerumque penitus interripiunt. παράλυσις quae consummata alterutras ex animalis facultatibus sensu simul et motu imperfecto, horum altero tantum destituit. ἐπιληψία acutissimus affectus universas corporis partes non perpetuo sed ex temporum intervallis cum mentis et sensoriorum oppressione convellit, pueros crebris accessionibus velocissime iugulat, consistentes morbosi languore conficit, senes vero occidit vel hydericos reddit. Spasmus nervos (his tamen non affectis) musculosque suam originem versus praeter voluntatem distendens ac convellens, atque applicandi remedia tempus abrogans nulli morbo acutiori, et subitae ruinae periculo ~~[illegible]~~ cedere videtur.

Hos soporiferorum sequitur numerosa propago quorum κῶμα naturalis somni ac vigiliae congruas ac tempestivas excindens vicissitudines cum virium imbecillitate exitiosissimis adnumeratur symptomatis. κατοχὴ homines tum inanimato, tum cavos, progredientes vel statuas similem effingens est [illegible], sic perniciosissimum nocumentum. λήθαργος cum lenta febre in oblivionem, marcorem, et somnum inexpugnabilem caput immergens, imprudentem [illegible] more perimi aegrum. Κάρος longe profundior naturali somnus cum partis principis laesione sensus et motus fontem, actionesque omnes respiratione dempta suffocans. ἀποπληξία omnium lethalium nefandissimus totum corpus cum actionum principalium laesione sensu et motu et (quod exitiosissimum est) ipsa respiratione destitutum privans, nec spatium, nec ~~[illegible]~~ remedium solutioni aptam admittit.

F.M.P. BIBLIOTHÈQUE

Ergo Capitis quam thoracis morbi periculosiores.

Ponebat Andreas Mellé à tremuleto Pagenens Laullensis. 1587.